liberumq et absolutum perpetuo pronunciat. Contractum eundem seu scriptum praefatum cum eius Inscriptione roboratoria in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat praesentibus, sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Trembinska filijs suis Robt. 972

Comparens personaliter coram officio Actisq praesentibus Castren Capitan Premysliens Gnosa Eua de Swidnik Trembinska olim Gnosi Christophori Trembinski consors derelicta Vidua sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Vo Castren Capitan Premysliens Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus bonisq suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipsa se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecunarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosorum Samuelis et Gabrielis Trembinskich filiorum suorum ratione Diuisionis bonorum Villa Arlamow tum et aliarum certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu et data illiq hic Premysliae die hodierna in actu contenta nempe die Vigesima Februarij Anno praesenti confectum conscriptum et datum manu sui Recognoscentis et certorum amicorum ibidem contentorum proprijs subscriptum In omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus in vniversum omnibus eidem Gnosis Samueli et Gabrieli Trembinskim filijs suis ipsisq posteris firmiter

×

tenere complere, exequi ac innidabiliter observare omnibusq et singulis eiusdem scripti manualis contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo Idq sub vadio summae duodecem Millium florenorum polonicorum per eandem Recognoscentem vel eius successores supramemoratis Generosis Samueli et Gabrieli Dzembinskim filijs suis vel eius posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbens Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complenda citata existens memorata Recognoscens Generosa Euadne Swidnik Dzembinska sive eius successores ad Instantiam praefatorum Generosorum Samuelis et Gabrielis Dzembinskich filiorum suorum aut ipsorum posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos

Officij praefati Castrens. Capitan. Premysliens. Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa oia partis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalijs Juris praescriptione Terrestri bello Conventionegue ac omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Choynacki Nahuiowskie Quietat.

972

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrens. Capitan. Premysliens. Generosus Ludovicus Choynacki sanus mente et corpore existens à Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrens. Capitan. Premysliens. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Alexandrum Nahuiowski ac eius Successores de summis quibusvis sibi recognoscenti per eundem Generosum Nahuiowski coram Actis quibuscunque Authenticis Regni modo quocunque inscriptis et ad solvendum assecuratis nec non de quibusvis scriptis manualibus tam roboratis quam non roboratis eorumque roborationibus ratione Variarum rerum et conditionum confectis et conscriptis tum de omnibus praetensionibus ad diem hodiernam intervenientibus obsufficientem et plenariam sibi recognoscenti praetitam satisfactionem quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Inscriptiones easdem quasvis tum et scripta quaevis manualia tam roborata quam non roborata eorumque roborationes in toto et per omnia